



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cursus Biennalis Studii Canonici, Sive Succincta Et  
Methodica Sacrorum Canonum Explanatio**

**Engelhard, Johann Martin**

**Moguntiae, 1700**

Titulus XXX. De Eo qui ordinem furtivè suscepit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63255)

## TITULUS XXIX.

De

## Clerico per saltum promotio.

**Q**UÆRES. Quid sit promoveri per saltum, & quæ pœna taliter promotis sit in Iure dictata? Respond. Per saltum promoveri dicitur, qui non gradatim, sed uno vel pluribus ordinibus omisso ordinatur; hoc si scienter fecerit, & in ordine suscepto ministret, pari cum Clerico non ordinato plectitur pœnâ; Si vero ignoranter, inunctâ pœnitentiâ caute supplebitur, quod omissum erat. *cap. un. b. t.*

## TITULUS XXX.

De

## Eo qui ordinem furtivè suscepit.

**Q**UÆRES I. Quinam ordinem furtivè suscepisse dicantur? Respond. Furtivè ordinem suscipit, qui dolosè, & ignorante Episcopo cum ordinandis se associat, vel qui uno die plures ordines accipit.

**Q**UÆRES 2. Qualiter puniantur ordinem furtivè suscipientes? Respond. Pœna ordinaria huic delicto annexa est, quod taliter ordinatus ab ordine suspensus in Monasterium, ad agendam pœnitentiam, detrudatur, nisi dispensationem desuper obtineat, quæ si delictum fuerit occultum ab Episcopo poterit impetrari. *Trient. sess. 24. c. 6. de reformat.*

TITU.